



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Amedeus Dux. Cura pauperum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. AMEDEUS DUX.

Cura pauperum.

Deus, cujus personam in pauperibus
semper considerans DUX AMEDEVS,
indefessâ eisdem curâ prospiciebat: da
nobis erga egenos misericordiæ visce-
ra, & promissa deinceps misericordi-
bus præmia.

Ora pro pauperibus verecundis,

✠

94
Principe
carcerum
Militem
teneban
Præse
Huic cum
sto redire
ut potius
ait, si ex
s, claus
neare. Ve
ilia Balb
um depre
Pontific
eamdem
it ergo
ptivis om
am. Tunc
it, lingua
capite ple
terio Præ
ortassis in
Leo III
iffæ: quæ
cavit.
um latitud

Ludovico Sabaudia Ducis, & Annae Ja.
ni Regis Cypri filiae, primus libero-
rum AMEDEVS, anno 1435 natus, adhuc in
cunis desponsatus est Yolantæ, filiae Caroli
VII & sororis Ludovici XI Regum Fran-
ciae, jam tum factus pacis pignus. Hanc vir
factus quæsit unice, de summo jure suo
multum sæpe remittens, ut eam redimeret
quin etiam beneficiis cumulabat eos, à qui-
bus injuria affectus fuerat. Epilepticum
suum morbum, Dei donum esse censuit,
quo inter tot fortunæ ac naturæ bona hu-
miliaretur. Pauperum auxilio impense ad-
dictus, eisdem ministrabat ut dominis; mi-
lites tamen suos solebat appellare; & fuit
cum visitanti se Galeatio, Mediolanensium
Duci, magnamque post se canum turbam
ducenti ad pompam, obviam ivit pluribus
stipatus pauperibus. Obiit anno 1472 æt.
37, Vercellis in Pedemontio, quo se receperat.
Ibidem tumulati in ecclesia Cathedra-
li, in numeris miraculis illustratum cor-
pus, Carolus Dux an. 1518 exhumandum
curavit; quod deinde in propriū sacellum
transtulit an. 1609 Stephanus Episcopus.

*Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo
divites in fide & heredes regni, quod repro-
bavit Deus diligentibus se? Jac. 2.*